





In festivitatem Nuptialem  
**LECTISSIMORUM SPONSORUM,**

VIRI

HONESTI ET INTEGERRIMI

DN.

**JOHANNIS MUTHII IUNIORIS OFFICIALIS**

apud Lindovienses districtus Illu-  
stris Anhaltini,

S P O N S I:

Et

Virginis Honestissimæ

**CATHARINÆ,**

Reverendi, Clar: & doctiss: viri Dn.

**A B R A H A M I C R E M E R I,**

Ecclesiae Lindoviensis apud Anhalti-

nos Pastoris meritissimi,

F I L I A E,

S P O N S Æ:

**V O T A A M I C O R U M**

piè concepta.

S E R V E S T A E

Typis Zachariæ Dörfferi,

M. DC. XXI.

СИДОРОВ  
ПАВЕЛ СИДОРОВИЧ  
МУЗОВСКИЙ МИМОГИСТОР  
ПОДГОТОВИЛ

СИДОРОВ  
ПАВЕЛ СИДОРОВИЧ  
МУЗОВСКИЙ МИМОГИСТОР

СИДОРОВ

СИДОРОВ



ΕὐΦρασία

۱۰۷

ἘυΦρεσωάην

## Novis Sponsis apprecatur

# MARTINUS FÜSSELius D.

Serenissimo Electori Brandenburgico  
à Sacris.

Ex Psalmo 115. v. 11. 12.

Vos qui timetis Jehovam, confidite in Jehovah. Nam  
is auxilium & scutum horum est. Jehovah re-  
cordatur nostri. Itaq; benedicet nobis. Bene-  
dicet domui Israelis : benedicet domui Aaronis.

**N**ulla salus bello. Bellis sunt omnia ple-  
na: (salus?)  
Anne tuis tædis, Sponse, parata  
Et Tu, chare parens, incerto Marte periclis  
Exponis Natam? tam tibi vilis erat?  
Suæserit haud mundi sapientia tale. Sed uni  
Cælorum Regi fidere, certa salus.  
Hujus ab arbitrio dependet machina mundi:  
Dirigit is totum quicquid hic orbis agit.

PL. 46. v. 3. Et licet incedat sevo Bellona triumpho:  
Terreat & magnos cumq; tremore viross.  
PL. 30. v. 6. Momentum tamen ira Dei est, displodere tela  
Arma virosq; truces perdere, cura Dei est.  
Rom. 15. v. 4. Exemplis dives divina est pagina multis:  
Scilicet ut firmet pectora nostra fides:  
Ergo quid mirer factum? divine Sacerdos,  
Et Tu Sponse, Dei niteris arbitrio.  
Fidere cœlorum Regi, cùm maxima virtus:  
Fidenti an non sit certa parata salus?  
PL. 45. v. 9. 13. Certa parata salus cunctis, qui fidere Jove  
Norunt. Et Vobis certa parata salus.  
Post habitis quoniam tantis sœvisq; periclis,  
Est animus soli fidere cuncta Deo. (cuss.)  
PL. 35. v. 11. Is scutum fuerit, quidquid fremat orbis & or-  
Auxiliū fuerit, quidquid & arma fremant.  
v. 15. Nostri namq; memor tamen sancto ex fædere,  
Diris permittet succubuisse suos. (nunquam  
Ipse recordatur, bene qui sibi fidere norunt:  
Hosq; eius semper sors benedicta juvat.  
Tu domus Isacidiū testis, domus atq; Aaronis:  
Et benedicta Dei, semper & usq; domus:  
Tantum cœlorum Regi confidite, Sponsi:  
Fidentes nescit deseruisse Deus.

ABRA-

ABRAHAMO CREMERO,  
Seniori.

Gratulor imâ mente, Te Jehovâh pronubo, & annun-  
tante Illustrissimo Magistratu, charissimam Fili-  
am tuam Catharinam, Dn. Johanni Mutio, offi-  
ciali in Lindau, despousasse, Sponsisq; felicissima  
quæquè ominor; immo

O Ro, ex arce Sionis  
Hos ditet Domini manus  
Larga: ut conspiciant bonis  
Florentem Solyntiam, simul  
Donec vita manebit  
Prolis adspiciant suæ  
Longâ stirpe propaginem.

Johannes Weidnerus artis Me-  
dicæ Doctor, Reipub. Grü-  
nebergensis, in Silesia,  
Physicus.

A 3

Ad



Ad Reverendum & Doctissimum  
Virum,

Dn. A B R A H A M u M C R E M E R M,  
Pastorem Lindaviensem, Dn. Collegam & Amicum  
colendum, filiam natu Maximam, tempore  
luctus publici, & caritatis annonæ,  
elocantem.

**E**sse quid hoc dicam, lacrymoso tempore, gnatam  
Quod Mutio nuptum das, Abrābame, tuam?  
Scilicet, ut facias testatum, sorte in utrāq,  
Gaudendum & standum speq, fideq; Deo.  
Et Generum & Gnatam doceas confidere eidem,  
Atq; sua huic uni dedere seq; Deo.  
Felices animas, quibus hæc sunt gaudia cordi:  
Quæ nec fors neq; mors surripuisse potest.  
Apprecor hæc ~~vernūu~~ gaudia, pectore ab imo:  
**C H R I S T E**, dabis votis pondus inesse meis.

M. Johan: Theopoldus,  
Superintendens  
Serv:

B A

E A

ALIUD.

Connubione super nati natæq; recenti  
Judicium rogitas, docte Craniere, meum?  
Laudo bonum factum! fragilem prenit undique  
Supremumq; vehit curva senecta diem (mundū  
Festinat CHRISTUS numerum completere fidelis,  
Sanguine cui cœli regna parata, gregis:  
Hinc castis urit juvenilia pectora flammis,  
Ut seræ curam posteritatis agant.  
Hujus opus quæ flamma tuas intravit in ædes,  
Et juvenem natæ junxit amore parem.  
Pastoris Natus natam Pastoris ad aras  
Et thalamii jura religiosa vocat:  
Connubio, thalami qui sanxit jura, Jehovam  
Quis neget hoc CHRISTI crescere velle grègem?  
Ergo bonum factum, me judice! Plaudite sponsi:  
En tibi judicium, docte Cramere, meum.

*M. Marcus Fridericus  
VVendelinus, Gymnasi  
Servestani Rector.*

ALLU-

ALLUSIO

ad

NOMEN SPONSÆ CATHA-

R I N A.

Casta Deus mens est : Castos præcepit amores ;  
Et Castus Castâ mente coli voluit.  
Larga simul Castis promittens præmia , sedes  
Æternas , ipsis cœlica regna dedit.  
Omniaq; his , præsens quæ vitæ postulat usus ,  
Subsidia omnipotens iussit adesse piis.  
Felices ergo casto qui pectori Castum ,  
In cunctis , Dominum hunc nocte dieq; colunt !  
Felices & Vos , Sponsi , pia corda , jugalis  
Casta quibus thalami fœdera inire placet !  
Sic vos cœlesti semper curabit ab aula  
Jova , Pater miserum , spes , via , vita , salus .  
Aures sic precibus faciles præbebit : amarâ  
Sub cruce divinum conferet auxilium .  
Nec dabit ut Satanas , Sponsorum acerrimus hostis ,  
Vestrumperturbet fraude , doloq; thorum .

Sed

*Sed bene-defunctis coelestem conferet aulam:  
Æternâq; frui prosperitate dabit.*

*Paucula hæc Affinibus sua-  
vissimis, adornabat*

*M. Joach. Mençelius: Electo-  
ris Brand. Ecclesiastes.*



**SALUTEM ET OBSER-  
vantiam.**

**C**remere, Ursinum quid quæso ludis amicum  
Ut interesse nuptiis velit vestris,  
Ducens cōsortem, & pignora sancta thori?  
Scilicet hoc erat, ut, geminâ trieteride lapsâ  
Sed absq; prole, claudicet mihi Scazon,  
Conanti vestris dicere lœta sacris.  
Hinc epos ut meditor, Elegi admiscentur, & ille  
Ultrisq; ineptus jungitur simul Scazon.  
Nempè itd cum dextris səpè sinistra cadunt!  
Atq; adeò mirum est, tam cara & bellula dona,  
Futura fulcra, & sublicam suæ gentis  
Sæpè Mathematicis esse negata viris!

B

(Aut

(Aut certè pura & puta ephemera germina pro-  
Stolonum ad instar occidentia, ut nata, (munt,  
Raro venturis commoda temporibus.)

At quantò Aaronis fæcundior ordo perenne  
Turget ab irriguis cælesti è rore fluentis:  
Nec mundo immundo se tantum continet, Ipsi  
Sed cælo Indigetes producit, & ordine longo  
Suspicit, & laudat, & adorat adorem avorum;  
Despicit, & oxoratq; Deum ter mille nepotes.  
Hujus Te vivum exemplar, Cremere, saluto,  
Quem tenus hac senum sexus utriusq; Parentem  
Natorum (nî fallor) novimus: en series huic  
Quartus se admiscet fausto omine Filius, idem  
Mox Quintum, aut Quartum geniturus, Aviumq;  
Facturus, solo Patris olim nomine letum. (Cremerum  
Macte Dei hoc tanto, & tam sancto munere, macte!  
Quiq; preces pro Te tam fortes fundis, Amicis  
Parte etiam succurre aliquâ, succedeq; votis.  
Sesamaq; & violas inter det vivere Sponsos  
Jova Deus, videatq; oculis sacra vestra secundis.

In Valle Joachimi:  
inter occupationes  
bono affectu de properabant  
M. Benjamin Ursinus, Ma-  
thematicus Electoralis.

AD

AD Dn. SPONSUM.

I Nterrogati, quæ Viro ducenda sit  
I Uxor, torus futurus ut prosperrimè  
Succedat, unâ voce cordati oreq;  
Suadent, parem Viro eligendam Conjugem.  
Tu *Sponsē*, certè, si quis unquam, me nisi  
Opinio fefellerit mea, eligis  
Parem tibi Natalibus Sponsam, Fide,  
Ætate, curâ, Moribus parem eligis.  
Pastore Natus Patre ducis Filiam  
Pastoris: ipse maximus natu-tui  
Inter parentis filios, & maximam  
Natu è tribus sororibus Sponsam legis.  
Quam tu foves, & ipsa Sponsa libere  
Fatetur ore, corde sincero fidem  
Amplectitur, tuetur: hac sese unicè  
Credit viam veræ salutis pergere.  
Ætate florens integerq; viribus  
Ætate florentem integrumq; viribus  
Ducis puellam non-maritus virginem,  
Formæ decoram laude ducis virginem.

B 2

Dum

Dum tu foras commissa curæ publicæ  
Obist tuæ laboriosus munia;  
Obit suæ commissa curæ gnaviter  
Domî fidelis Sponsa, tractat sedulò.

De Moribus res certa. Quam pulchrè tuis  
Mores puellæ moribus respondeant,  
Quis rectius te noverit, qui candidos  
In candido mores probasti pectore?

Si forsitan impar esse quid, si cedere  
Non ex tuâ videbitur sententiâ,  
Quid tum? parū hinc periculi. Sponsa omnia  
Mox cauta natus applicabit ad tuos.

Quis ergo non quater beatum prædicet  
Te, Sponsæ, quis vestro toro prosperrima  
Non ominetur quæq;? Quis non omnia  
Cessura Vobis credat ex sententiâ?

Cum legeris Sponsam tibi Natalibus  
Parem puellam, cùni fide parem tibi  
Ætate Curâ Moribus cuni legeris.  
Cum non-maritus virginem selegeris.

M. Petrus à Jenâ  
Scholæ Servestanæ  
Rector.

Ad

*Ad libitum*

Dn. JOHANNEM MUTIUM,  
amicum veterem,

*Sponsu M.*

**C**ontemptò potuit sibi Mutius urere dextram  
Igne, suiq; tulit nominis inde decus.  
Quod facinus? longis usit vel pectora flammis  
Mutius hic noster, nomen & inde feret?  
Nempe! suum vix muta ferunt monumenta Quiritem,  
Balbutire velint hunc quoq; viva brevi.  
Istius en quanto tua flamma celebrior! ò quin  
Sic hodie fieri Mutius ipse precer!

Extemporaneo stilo poëta-  
batur

Joachimus Flemingus,  
Scholæ Dæssanæ  
Rector.

B 3

Paro-

Parodia ad Hor; lib. 3. Odar. 26.

Ad Sponsum.

Vixti Puellæ nuper amabilis,  
Dum militasti suavolis bonis:  
Tefungier tandem virili  
Officio Juvenem virentem  
Levum pudicæ janæ Veneris latus  
Docebit. Hîc hîc tollite, tollite  
Circense tornientum, citato  
Sternite Leuconium meatu.  
O qui beatum, Sancte, tenes polum &  
Terram scatentem multiplici bono  
Jehova, felici flabello  
Tange virum noviter cubantem.

Deproper: affectus ergo


Zacharias Hâring. Reichen-  
bachiô-Silesius: SS.LL.Stu-  
diosus.

F I N I S.






Cl 1926



Paul Friedrich  
Buchbindermeister  
Merseburg a. S.

VDT







**Farbkarte #13**

Nuptiale  
M SPONSORUM,  
I  
NTEGERRIMI

NIS MU  
OFFICIALIS

*s districtus Illu-  
altini,*

N S I:

nestissimæ  
RINÆ,  
doctiss: viri DN:

CREMERI,  
ensis apud Anhalt-  
meritissimi,

1 AE

ISÆ:  
MICORUM  
ceptæ.

ESTÆ  
ariæ Dörfferi,  
.XXL